PIUS PP. VIII.

AD FUTURAM REI MEMORIAM. Expositum Nobis nuper est nomine Carissimi in Christo Filii Nostri Ferdinandi Regis Catholici, ex Apostolico diplomate fel: rec: Pii VII. Prædecessoris Nostri die XIX Decembris anni MDCCCXIV. edito, Studiorum Universitati Urbis Granatæ ad annos quatuordecim attributam fuisse pensionem annuam ducatorum tercentum septuagintaquinque moneta Apostolico Nostro Ærario probatæ, quæ summam æquant regalium duodecim mille de Vellon monetæ hispaniæ ab eo Archiepiscopatu pendendam. Cum autem illud temporis intervallum finem jam habuerit, eædemque adhuc vigeant rationes, quibus ea pensio fuit imposita, supplici cum prece Serenissimus ille Rex a Nobis postulavit, ut assentiente ipso Metropolita, eamdem ipsam ad alios quatuordecim annos ex Nostra indulgentia prorogare velimus. Nos vero omnes et singulos, quibus hæ Literæ favent peculiari beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac pœnis quovismodo, ac quacumque de causa latis si quas forte incurrerint hujus tantum indulti assequendi gratia absolventes, et absolutos fore censentes, Auctoritate Nostra Apostolica commemoratæ summæ pensionem a fel: rec: Pio VII Decessore Nostro reditibus ac fructibus Archiepiscopatus Granatensis in commodum Studiorum Universitatis illius Urbis impositam ad alios quatuordecim annos a die cessantis primævæ concessionis supputandos prorogamus iis sub conditionibus quæ ab eodem Prædecessore Nostro suis Literis adjectæ sunt. Hæc concedimus atque mandamus decernentes has Literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac Studiorum Universitati, ejusque rectoribus, seu administratoribus pro tempore, dictisque in omnibus et per omnia plenissime suffragari, ac in omnibus ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, Sedis Apostolicæ Nuncios, ac S.tæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere legatos, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et Auctoritate judicari, et definiri debere ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari; non obstantibus rec: mem: Benedicti XIV. pariter Prædecessoris Nostri super Divisione Materiarum aliisque apostolicis, ac in universalibus, Provincialibusque, et Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, et Ordinationibus ac singulis quibusque quæ in prædictis Litteris non obstare decretum est, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die V. Martii MDCCCXXX Pontificatus Nostri Anno Primo.

Regdo. f. 136 n. 126
a. 1830

Visto por el Embaxador Encargado
de la Agencia General de S. M.
en Roma a 14 de Marzo de 1830
Pedro Gomez Labrador

J. Card. Albanus

BGU/Caja G-001-006

Nota. La Camara ha visto este Breve Apostolico por el que Nuestro Santo Padre Pio octavo se ha dignado prorogar por catorce años la pension de doce mil r.s anuales que hacen trescientos setenta y cinco ducados de oro de camara, moneda Romana, y goza la Universidad de la Ciudad de Granada sobre la tercera parte de los frutos y rentas de la Mitra de la misma Ciudad, y conformandose dicho Supremo Tribunal con lo expuesto por el S.or Fiscal le ha concedido el pase por decreto de diez y nueve del corriente en la forma ordinaria sin perjuicio de las regalias y derechos de la Corona, entendiendose su ejecucion con el ordinario eclesiastico y en defecto de pago con los Tribunales Españoles, por el orden que prescriben las leyes canonicas y Reales, y con calidad de que se ha de tomar razon en la Contaduria general de Valores. Madrid veinte y cinco de Mayo de mil ochocientos treinta.

R.s v.on seis duc.s de V.on

Miguel de Gordon

Tomose razon en la Contaduria general de la Media-anata Ecc.a de mi cargo, y queda otorgada obligacion al pago de la que se adeuda en la concesion de esta Gracia. Madrid á quatro de Junio de mil ochocientos y treinta.

D. Domingo Sanchez Tison

Seis d.os en esta Contad.a y los de la exped.n de esta Gracia son r.s cuatroc.s ochenta

Tomose razon en la Contad.a g.l de Valores del Reyno: debiendose presentar á igual efecto en la Colecturia de anualidades y Vacantes Ecc.as de la diocesis de Granada. Madrid ocho de Junio de mil ochocientos treinta.

Eusebio Daly

Tomose razon en esta Colecturia de Anualidades y Vacantes eclesiasticas. Granada Diez y seis de Junio de mil ochocientos treinta.

D. D. Nicolas Martinez de Tejada

r.s v.on sesenta d.e

Daly